I
137960
Incunabel

E.S.

~~49. 6.~~ ~~[illegible]~~

4. f.

# Precēpta coaugmētāde Re
# thorice oracōnis comodiſſie

Ad lectorem

Ducades Egregium qui noſcere Rethoris aſtum
Jam velis aut placidamper didiciſſe notam
Namqꝫ ibi que poſtas ſcribenda pericia preſtat
Dicere nec deerit. grandia quanta uoles

I
137960
Incunabel
BIBLIOTH. UNIVERSIT. VINDOBONENSIS.

BEnē eſſet iocūdiſſimi comites q̄ quoniā omnis eloquencie et p̄fecte elocucionis precepcio. in tria ſit mēbra diſtributa eleganciam. ſcilicȝ cōpoſicioneȝ et dignitatem. Singula hys litteris admiſſa. optima memoria p̄ oracionis noſtre comoditate recenciori obſeruacōne pertractaremus. Sed quoniā altera (que apud Ciceroneȝ in libro ſuo rethoricorum peritiſſimis eciā viris cōſcripta) multaȝ de ſe arduitateȝ difficultatemqȝ p̄ſeferentes forenſe ſtudiū. cōmunēqȝ p̄ſequendi vſum. hys qui opera et arte minores ſunt difficile admittunt. maxime de elegancia et dignitate ſupſedendum. et de ſola quātum in cōſcribendis et ornādis. coaugmentandiſqȝ epiſtolis ac oracōibus opus erit Compoſicōne p̄ſequendū exiſtimaui. que quātam et ornādi vim et copiā hys (qui ſe vſu et exercitacōne peri fuerint) afferat. Eos auctores habebo, quibus effluentiſſimā oracōneȝ ex vnica eius obſeruacōe Uiciſſim acceſſiſſe ſeſe p̄ſenſerint. Eam itaqȝ cum iam dudū ille Gaſparinus pergamenſis comodiſſime obſeruari latiſſimis veluti regulis p̄ſtrinxerit. Ut quante hys qui litteris p̄ſtant concinna plixitas comoditati pluri ſit hos fugiat qui natu et arte minores nullis orathorie artis preceptis inerciam imbuendam dedere Placuit enim pie iuuente mollioribus ſe imbui que ſimul cum lacte nutricis iam infans ebitretur ſuxiſſe quo fit vt ex latiſſima ſua artis p̄cepcōne aliquot hinc (que vel cōficiendis epiſtolis magis inſeruirent Uel bone indolis tyrunculos adempta prolixitate facilius imbuerent) Precepta excerperim quorum primū iā paulo inde ſubnexū ita accipiatis

PRimū preceptū ſi in ſinthematico ſenodochio ſumopere laudaturi. aut vituperaturi res quaſpiā venerimus. Comodiſſime imprimis conſiderata rei de qua locuturi ſumus grauitate. efficacia. et dignitate

cōmuni oracione eandem ſupponamꝰ. Secūda oracione
res omnes ſubſtantiuis. ꝓprys. vl' eciā appellatiuis ordine
quodam coaceruatis. in quibus aliquid efficiat. adiunc
tis ſimilr̄ ꝓprys verbis clare et ſine cōfuſione (in quibꝰ
racō erit iuſte comēdacionis) ſubiūngamus Deinde per
ſonaꝫ cui ſcribimus longiori oracōne ex multis iterū dicti
onibus conſtitūta ad id quod ꝓpoſuimꝰ complectendūꝫ
vehementer adhortabimūr. Dictōibus tamē ita gradatim
locatis vt alterā altera que ſentencian ad auctiorem red-
dat naturaliter ſubſequātūr Exēplum

CUm philoſophiā eam apertiſſime cōſtare vi
deamꝰ. per quam mos. virtus. vita. totaqꝫ hu
mana obſeruacō imbuatnr clareat. amplifi-
cetur. Omneꝫ igitur operā cogitacōneꝫ diligenciam fortu
naſqꝫ noſtras libenter exponere debemꝰ vt ipſum phie
ſtudium diligenter a nobis ex olatur

Aliud exemplū

CUm equitatem eam apertiſſime conſtare vi-
deamꝰ. ꝑ quā opida. ciuitates. ducatus regna
imperia gubernētur foueantur amplificent
Omneꝫ igitur curā opam diligenciam fortu
naſqꝫ tūas te deniqꝫ totum exponere debes vt ipſa iuris
equitas diligentiſſime in tua vrbe diſtribuatur

Aliud explum

Cū ociū ipſū apertiſſime conſtare videamus. per qđ
omnis. mens. animꝰ intelligencia tota deniqꝫ humana ꝑ
icia diſpergatur abeat diſꝑdit Omnēꝫ igitur operā curā
ſolicitudineꝫ diligenciā totam deniqꝫ ſubſtanciam liben-
tiſſie exponē debes ꝙtinꝰ ipā ocy libido a te ꝓcul ꝓpellat

¶ Cum caſtitatē mentiſ eam eſſe apertiſſime videā⁹ ꝑ quā vis. intelligencia acies mēs. incolumitas. omnis deniꝗ vite qualitas illeſa paretur. teneat. ꝑmaneat. omnez igitur induſtriā ſolerciā parſimoniā · totāꝗ vim corporis appone debem⁹ vt ipſa mentis caſtitas a te diligētiſſime cuſtodiatur

Aliud exemplum

¶ Cum luxuriā aut libidinem eam aptiſſime cōſtare videam⁹. ꝑ quā ſanitas incolumitas tota vis corporis mētis acumen. ardor atꝗ intelligencia. exiccētur. diſpereat emarceat et extinguatur. omēz igitur ꝛc̄ curā ſolicitudinez nixuz animi totūꝗ ingeny acumē exponere debes infringere. defatigare. vt ipſam luxurie libidinez abſte ꝓcul arcere poſſis

Aliud exemplum

¶ Cum remp. eam aptiſſime cōſtare videam⁹ · ꝑ quā pupilli. orphani vidue peregrini ciues magiſtratus tutari debent ꝯfoueri amplificari et exaugeri. omēz opam diligēciā laborē fortunaſꝗ veſtras vos deniꝗ totos ( viri cōſulares) exponē debetiſ ut ipſa reſp quā rectiſſie admiſtrēt

Alind exemplum

¶ Queris exme. iucūdiſſie comes. Cui oporteat te dū in vniuerſitate ſis potiſſimū ſtudio indulgere. Cū vero theologicū ſtudiuz. illud aptiſſime ꝯſtare videam⁹. ꝑ quod mētiſ ſalubritas vite. ſāctimoniū. boītas intelligēcie diuiē grē ardor. tota deniꝗ chriſtiana religio adipiſtaē. ſuccreſtat. ac veluti ꝑlaciora penetrās omēz fidem exuperat. Omēz igiē opam curā induſtriā tuū ſtudium. fortunaſꝗ tuas. te deniꝗ totū nō niſi inthelogie ſtudio ita exponē debes vt ipſa ſacraꝝ literaꝝ picia ꝗꝫ accumľtiſſime abſte adipiſcatur

Aliud exemplum

¶ Quia te ſubdubitare metui iucūdiſſie comes cui te potiſſimū facultati dū. inſtudio eſſes accomodares. Cum vero eloquēciā eā aptiſſie ꝯſtaē videā⁹. ꝑ quā ciues amici paē patria. tota deniꝗ reſp. ſaluior tutaē maneat et cōfoueaē. Omne igiē opaz diligāciā te deniꝗ totū exponē debes vt ipſā eloquēciā ꝗꝫ elegentiſſimā ꝓſequariſ tu vale

Secūdū preceptū

Quociēs inſupdicto genere pluribꝰ de rebus
ſcripturi fuerimꝰ. eas adinvicem cōparando.
aut alterā altera laudabiliorē aut turpiorē ſignificare
voluerimꝰ. Ita oracōez noſtrā exaugeāꝰ. vt pmū res deq
bꝰ ſcripturi ſumꝰ ſupponamꝰ p generalē ꝓpōnem Secūdo
ꝓpter eas laudabeles aut vituꝑabiles cenſeōas ꝑnomina
ꝑtitiua diuidamꝰ et hꝰ in nominatio caſu. Tercio ꝑpoſita
cauſali ꝓpoſicōne p oiunctōez quin in genitio iterꝫ ſubdiui
damꝰ inquo erit cōfirmacō rei. Tum quarto indatiuo ſe
quat remuneracō que cōpleatur in accuſatiuo adiuncta
ſimiliter in ablatiuo oracōne q̄ totam comparacionem rei
rememoretur verbi gracia

¶ Gwilhermꝰ de alta fontana et franciſcus dconto
viri omni qui ſunt clariſſimi a venetis magnopere diligi
debent. neqꝫ eciā in merito eos maximi faciant
Nam cum alter Remp. adminiſtret. alter in armis clar
eat Non debent ita abduci quin cum alterius prudencia
opreſſa vrbs incendio inteſtino liberata ſit. alterius eci-
am ſtrennuitate fugatis hoſtibus pacatiſſima ciuibus ha
bitetur alteri magnum honorē magnificenciāqꝫ exhibeāt
Alterum eciaꝫ maxima omnium beneficencia pertractent
quorum vero vtri minꝰ debeant nō facile intelligo

Aliud exemplum

¶ Mercatores et leipzenſis vniuerſitas omniū toci
us germanie clariſſima aciuibus maxie diligi debent neqꝫ

eos eciam inmerito maximi faciant. Nam cum alteri di-
uicys pſtant. altera eciam ſapientiſſimam ſynodum in mľ-
tos annos et ſemper hic contineat. Non debent ita ab-
duci quin cum alterius mercibꝰ releuent. alterius eciam
clariſſima ſapiencia preclariſſimā ſobolem generent. al-
teri maxime debeant alterā eciaȝ maximo omniū honore
pſequātur. quoꝝ vero vtri minꝰ debeāt nō facile intelligo

Aliud exemplum

¶ Albertus dux ſaxonie et Thilo merſpurgenſis epi-
ſcopus omniū qui nati ſunt viri iuſtiſſimi religioſiſſimi-
qȝ. maxime debēt amiſnenſibꝰ honorari. neqȝ eos eciam
inmerito maximi faciant. Nam cum alter in armis cla-
ruerit. Alter eciam religione ſacer. Non debent ita abduci
quin cum alterius adminiſtracione pacatum orbem ha-
bitent. Alterius eciam precibus deo ſummo maximo q̄ȝ
gratiſſimi ſunt. Alteri maxima omniū homagia preſtent
Alterum eciaȝ vehemēter honorent. quorum vero vtri
magis ſint obnixi nemo facile intelligit

Aliud exemplum

¶ Sapiencia et eloquencia duo omniū qui interris
ſūt diuiniſſima numina maxime debēt (mi fili) abſte ani-
maduerti. neqȝ eciam ea inmerito maximi facias. Nam
cum altera ardua ſit rerum contemplatrix. altera eciam
iucūdiſſima omniū conſiliatrix. Non debes ita abduci qin
cum alterius ſagacitate res altiſſimas abſconditiſſimaſqȝ
pernoſcere poſſis. Alterius eciā eloquio amicos patrē.
patriāqȝ nos deniqȝ omēs. tutari. confouere amplificac
Alteri vehementer indulgeas Alteram eciam ſtudio om-
niū maximo proſequaris. quaruȝ vero vtri magis inhere-
as difficili tibi perſuadere poſſum

Terciū pceptum

SI aliquam oracionem ingenere dogmatico
narratiuo ſcripturi aut dicturi fuerimꝰ. Ubi
multarum rerum ſibi inficem ſuccedencium narracioneȝ

facere neceſſe babemus. Comodiſſime oracionem noſtrã
relatiuis. demonſtratiuis. et ſubiunctiuis cauſali ꝓpoſicio
ne ſubnexa exaugeamus in bunc modũ. Ut primo res
de qua ſcribimus in nominatiuo caſu cum meritis vel
demeritis generaliter ſupponatur. Secundo eadem res
ſcd̃m alia merita vel demerita ſibi vel ex vulgo vel facto
comperta in genitiuo relatiui referatur. Tercio actus aũt
induſtriam ſibi tribuere volentes in datiuo demonſtrat
ĩui de ea demonſtremus Illudq; per ſubiũctum ꝓnomẽ
in actio multiplicemus. Poſtea quarto cauſalem coniũ
ctionem ſcilicet vt niſi aut Racionalem ut qm̃. aut in-
clinatiuam de ea re accuſanda vel tutanda. Uituperanda
vel laudanda in ablatiuo adiungamus. Tandem effectũ
rei geſte iterum in nominatiuo et totam cauſam exprima
mus Verbi gracia

Aliud exemplum

Roma vrbis inſignis ciuitas egregia ac vetuſtiſ
ſimorum fama preclariſſima. cuiꝰ iam dudum Laus vir
tus. prudencia vniuerſum orbem Rexit. gubernauit con
peſtuit. illi modo tantum anguſtie tribulacionis neapo
litanus Rex. attulit eamq; ita obſedit. portas circumual
lauit. penuriam tantam inmittit. vt niſi adeo ſũmo maxi-
mo mĩa pietate releuaret. Cardinales ſũmꝰ q; põtifex iã
ſtatim ſaluti ſue deſperare cogantur neceſſe eſt

¶ Rerrum nouarū quarū te cupidū auditorem noſco quod ad te potiſſimū pſcribam habeo nihil niſi et veteri ora iſta rei grauitate noua eſſe exiſtimare velis Friderit cus ille romanoꝝ imperator armis et genē clariſſimꝰ Cuiꝰ iamdudū regna et impia auito iure ampliſſima in Stiria Croacia Auſtria reliquis deniqꝫ mūdi climatibus fuere. Illi modo tantū belli terraꝝ deſſaſtacōnis capcionis vrbium wienne deniqꝫ tocius patrie direpcōnis rex vngarus attulit eumqꝫ ita laceſſiuit deterruit totaqꝫ patria pfugauit Ut niſi ab impialibus ciuitatibus romano regno adiutꝰ ab burgundoꝝ duce filio ſuo in edes ſuſceptꝰ fuiſſet iamdiu ceſaria ſua maieſtas exul prope ac mendica in vniuerſis terris verſata fuiſſet hec habui ꝙ ad te pauca pſcripſi tu ſi quid habes ad me viciſſim pſcribas velim vale

Aliud exeplum

¶ Cupis ex me ſcire amiciſſime vir quibꝰ moribꝰ ꝙ deniqꝫ ſtudio amicꝰ tuus in vniuerſitate indulgeat. Sūma eſt iohānes ille tuus amicꝰ multoꝝ dū in patria eſſet optatibꝰ ſtudio deditiſſimꝰ Cuiꝰ eciā iam dudū iuuenta et ſuccreſcens pene indoles multam ſtudij ac phie opam deſpōdebat Illi modo tātū diſcolie ſcurrilitatis nocti uagacōnis ſtuꝙ deniqꝫ libidinū (neſcō ꝗs apportauit) eūqꝫ ita lenociniis ludꝰ ſerotinis ſimphoſijs ac omni meretricio quedā vetula immiſcuit vt niſi meliori ſtudio pociorez ſe in vitā mutauerit arxiuſqꝫ limitibꝰ conpreſſis phie opā pſtiterit. ipſe amens atqꝫ delirius totū quod patrimonij eſt re omni illecebriſſima ſine omni picia abſūmet Que ad te ſcripta eo velim quo ſunt optimo anio ſuſcipias

Aliud exemplū

¶ Johānes ille nicolai tibi mihiqꝫ notiſſimus Cuiꝰ iā dudū inercia laſciuia ſcurrilitas libido omnis eciā inepciaꝝ pruritus latiſſime apud nos patuerunt Illi modo mutata ſentencia tantū diſcrecionis induſtrie ac ſingularis ai acceſſit eumqꝫ ita ab omni laſciuia reliquis deniqꝫ quas multas habuit inepcijs quidā abduxit ſtudio in ſtituiac totū phie dedit Ut niſi ſedula mihi ab ineunte etate ſecū familiaritas fuiſſet vt ſe optime pnoſcerem nullo pacto ſe hominez qui modo eſt crederem

¶ Abbas ille cellenſis vir patricius omni religione ſa

terrim⁹ Cui⁹ iaz diidū fama parſimoñia ſāctimoniuū oi-
bus non tam admiracōni qm̄ ſtupori fuit Jlli modo tan
tū importunitatis · effere libidinis. cōtumelie eius frater-
nitas attulit. eūq3 ita laceſſiuit deterruit abiecit. vt niſi ſua
paternitas alioꝝ adiutorio vix man⁹ euaſiſſet mox eciā car
ceri mācipat⁹. depoſit⁹ vix tādē diurnā dtēcōnē effugiſſet

¶ Nicolā⁹ ianſoneti arduo viro petro S p dicit

Quia tibi optime vir cōplacitū iri vehementer exiſtimo ſi
indies de tuis rebus ad te aliquid perſcribatur Johānes
itaq3 tuus fili9 mihi amiciſſim⁹ Cui⁹ iam dudū otis digni
tatē venuſtatem omnez deniq3 corporis eleganciā tota ſi-
mul ciuitas ſtupuit Jlli mō quartana quedaz febris (ne
ſcio vnde cōtracta) tantum valitudinis vigoris omnis
deniq3 membroꝝ fortitudinis abſtraxit eumq3 ita detre
ſit proſtituit emarcuit ac plane euaneſcere fecit vt niſi diu
dumante ſe qualis fuit per nouiſſem nullomō ex reliquis
quibuſcumq3 teſtatā pulcritudinez in eo fuiſſe credidiſſez
que ad te pſcribo liberius q₉ ea pocius meis ſcriptis quā
tula ſint q̄ ad te ptineāt q̄3 alioꝝ oraculo auſcultaē velis

SI in reſponſiuo epiſtolarū genere queſtioni
reſpondere opus erit. id ſuppoſita oracione
comodiſſime diuiſione efficiem⁹. vt quiſq3 ſicut ſenteciam
ſuā exaugere. ac p plura dirigere neceſſe hab3. ita plus bis
dictionib⁹ aliud et aliud. alter et alter. aly et aly partim
et partim repetit⁹ vtatur in hunc modū Primo in gene-
rali queſtioni reſpondeat Scdo ſpecialius p dictiones di
uiſiuas eiuſdem rei natura vis dignitas racō cōcinio or-
dine ſubiungat. Tercio hortatiua oracō cōcomitans in q̄
priorem diuiſionez confutem⁹ aut confirmē⁹ p dictionez

racõnalẽ in capite poſitã ſeqˀt quod hoc exẽplo clari⁹ erit
¶ Cupis ex me ſcire quo quiſq̃ in te animo ſit et vo
lũtate Sũma eſt Omnes qui tue virtuti non invident ita
te proſequũt vt te honorẽ nõ pueis ampliaſſe maiorem
qui vero tibi male volũt alij te ſupbum dixerunt ꝙ nul
li reſpondeas. Alij loquacem ꝙ nimiũ dixeris Proinde
fac ſis bono animo in ſtudiũ quo alterius ſentenciã cõfu-
tes. alterius eciã confuſionẽ facile moliaris ¶ Exẽplum
¶ Queris ex me iucũdiſſime vir te cupere pnoſcere vel-
le. quid nã de arte humanitatis in noſtro ſtudio pſenciant
Sũma eſt Omẽs q̃ egregia animi dote ad diuinũ hoc hũ
manitatis ſtudiũ aſpirauerint ſimul laudabiliſſimos vite
q̃z ſue cõſultiſſimos cenſeri Qui vero aliqua libidine allec
ti ſpumã dũtaxat verbi prendere temptant. ptim deſidia
torpere ꝙ reliqua phie ſtudia contemnant. ptim comica
adductos laſciuia luxuria nõ carituros. Proinde ſi te ve-
lis illi facultati mancipare hoc videas facito ne alterius
ignauia phie precepta reliqueris Alterius etiã pruritu vide
ris eam dũtaxat humanitatẽ eſſe aſſecut⁹ vale ¶ Exm̃
¶ Omnia q̃ humano vſui accomoda fuerint remiſ-
ſo omni p̃cio minutiſſimaq̃ pecunia vſpiam cõpata fue-
runt Modo vero tanta in noſtra vrbe ſe pauliſp kariſtia
erexit ut omia ãte hac viliſſima ptim maximo p̃cio eme
re oporteat ptim eciam vix repiri poſſunt Proinde ſi te in
noſtrũ ſtudiũ recipere velis hoc vnũ facito preuideas ita
pecunijs ſis ſuffultus vt aliorũ caritate in ſufferre poſſis
Alioꝶ eciã carenciam facilime pati ¶ Aliud exemplũ
¶ Cupis ex me ſcire quid de religione ſenciã Sũma
eſt Omnes qui bono ducti ſpiritu diue parſimonie obedi
enciam deuote obſuare temptarint pfecerintq̃ hos pcul
dubio ethereas ſedes cũ beatiſſimis habituros Qui vero
torrenti quodã flamine attoniti vt in ediã ſitimq̃ liberi⁹
paſcant dũtaxat ſubiere. ptim temulentos fore ꝙ eos nec
ſãctimoniũ. nec aliquid theorice viſionis oblectet. partim
eciã nihilihomicẽs ꝙ dediti ventri ſõno vitã ſicut peregri
nantes trãſeant Proinde ſi te religio aliquib⁹ oblectat
hoc vnũ fac prouideas ne primoꝶ faſtidio vite tandem in
videas tue. Aliorum eciã ment⁹ puſillaminitate allectus te

maxime poſt hac aberraſſe perſencias

Aliud exemplum

¶ De omnibꝰ rebus ſtudij noſtri que agant͂ queq̧ acta ſunt te cerciorem reddi vir optime per litteras petiuiſti Sūma eſt Omēs qui in noſtro ſtudio p̃clariſſimis artibus eruditi honori inſeruiunt. et fame hos nō poſſe in reliquis p̃cepcōne exercitacōibꝰ opaq̧ phie vehemencōres reperiri Quos vero nulla doctrina ſuffultos ipſe locus dūtaxat ( vt liberiꝰ que ad libidinē ptinēt exequi poſſint ) veluti aſilum fouet et detinet hos ptim ſpacijs girovagacioribꝰ. reliquis deniq̧ paleſtric͂ actibꝰ indulgere. ptim vero poſt habito ſtudio omī inercia luxuq̧ et laſciuia vitaȝ abſūmūt. Proinde ſi te ad noſtrū ſtudiū filiū remittere cōſtitueris hoc facito prouideas apud eum virū arte et moribus ſingulareȝ cōſtituas Ubi alioꝝ diſcolia ſeſe nō inficiat. alioꝝ eciā inercia non retrahat a ſtudio que omnia vt acutiſſime perſpiceas nemo eſt te prudencior

Aliud exemplum

¶ Queſitus ſingalaris vir ingenij phie acutiſſimꝰ ſpectator ſi ſapienti vxor ducenda ſit r͂ſpōdiſſe fertur Omēs quas natura probas mulieres produxiſſet ſimul cunctas diuinis laudibꝰ citro ſidera ferendas eſſe Quas vero fallendi labes cōtagioſa pauliſp attigiſſet has ptim cōtumelioſas eſſe. q̄ nullis pro libitu viris obſequantur. ptim vero laſciuas adeo. vt de eaꝝ adulterio ſedule extimeat͂ Proinde ſi vxorem ducere quiſquam conſtituerit hoc vnū p̃ cetera imp̄mis ſpectare debebit ne eaȝ aſſeq̄tur que alterius cōtumelia ſemper marito rebellet͂. Alterius eciam laſciue adinſtar ſiniſtro aucupio ſemper prendatur

Quintū preceptum

SI in appollogetito cōmendaticio quempiaȝ cōmendare voluerimꝰ Et ſui erga nos neceſſitudineȝ cuipiā manifeſtare. id cōmodiſſime pronominū primariuoꝝ ac deriuatiuoꝝ gtis mei. tui. ſui. aut alijs eciā obliquis ſiue

ſubſtātiuis in noſtra oracōe ptractatis efficē potue rim⁹ in hunc modū. Primo res quā cōmendaturi ſum⁹. cum ſuis erga nos meritis vel obſequys per genitōs mei et tui ſupponatur Scdo per oracōnez a relatiuo inceptam iuſticia recōmendacōnis et laudis ſubiungat. Tercio pe ticio p pnomē diſtretiuū et cauſalem dictionem ſuccedat Ultimo ſequat remuneracō cum demonſtratiua oracōe que erit finis tocius epiſtole Uerbi gracia

Aliud exemplum

¶ Cum nicolaus franciſci lrāp amore plenus mei ſtu dioſſiſim⁹ et tui amantiſſimus. cui⁹ dignitatis ego ſum magis auidus quā ſui eciam amici per meas tibi lrās ſe plurimū cupiat cōmendari. ego autez ſui amore maiora facere non formidarem hoc a te peto ut ipſum nicolauz noſtre veteris ncitudinis gracia recipias exornandū. h tibi perſuadēs te neminē tui amāciorē fore habiturū vale

Aliud exemplum

¶ Johānes franciſci henrico fratri ſuo ſalutem Cum iohānes piſtoris bonarū arciū bacc tui amiciſſim⁹ mihi eciā familiariſſim⁹ Cui⁹ dignitat ac pmocionis ſemp cupidus mag fui quā alterius cui⁹ quā ad patriā pfect⁹ tuas eciā edes pire neceſſe haberet cupyſſetq ſe tibi per lrās maxime cōmendari. Ego vero iniuriā facerem opti mo ſocio niſi p ſe eciā maiora non negarē hoc a te peto iohānez noſtrū veteris familie grā ac mei amore in edes ſuſceptum iucūdiſſima nocte pertractes. hoc habens certo cercius nihil mihi ex te gracius obtingere poſſe quam vt per noſcat noſtrā fraternitatez non eſſe vulgarem vale

Aliud exemplum

¶ Cum nicolaus alfoncy vir arduus et ſingularis no bis noſtriſq a iuuenta notiſſim⁹. Cui⁹ tanta in me yſpiā

duxerunt bene merita vt nihil mihi ex quoquam gratu⁹
accidisse existimare possim. ardua quedam et expedita ne
gocia in tua vrbe apud senatum agere habet quibus se
tibi per litteras adiutorio vocari vehementer ad optassꝫ
Ego vero viderer nimiū ab officio abscedere nisi viro of
ficiosissimo omēꝫ beniuolenciā deniqꝫ curā cōmunicarem
hoc ergo vnū te liberius hortor suas res pro nostra neces
situdine acutissime accipias tutandas hoc indubie exper
recturus neminem te potuisse officio certasse priorem)

Aliud exemplum

¶ Johannes petrucius prestanti viro et domino io
hanni fautori optimo salutem plurimam dicit

Cum nicolaus francisci bonarum arcium baccalarius
mihi tibiqꝫ patrio iure coniūctissimus cuius elimacio ho
nor ac peculum semꝑ equi fuit ac de nobis parenti no
stro cure sit ad vrbem tuaꝫ quorūdam inductu pro scho
lis vacuis suscipiendis iam se recepturus vt se iuuaret
per litteras cōmendari meas maxime orasset. Ego vero
non tam mea spōte ꝙ ꝛ non nullo iure sibi maxime obnix
um esse persenciens indignum censuissem que pro se pos
sem non maxime efficere hoc vnum te oro hortor ac li
berius obtestor inspecta veteri amicorum necessitudine
mea eciam maxima omniū prece eum in scholis conse
quendis amplissime coadiuues atqꝫ omnibus in rebus
itꝫ eum pertractes vt persenciat ab honorū amicorū of
ficio nihil nobis defuisse hoc tecum existimans non tam
sibi qui maxime eget adiutorio fuisse quam mihi nobisqꝫ
deniqꝫ parentibus maximū honorem accumulasse vale

Aliud exemplum

¶ Cum iohannes pistoris adolescens sane perdoct⁹
cui⁹ perfectū studium ac operam semper ipse curaui nō
nihil modo alieno. ere oberat⁹ creditorib⁹ arctissime in
puls⁹ dieten⁹ vt sibi aliquot florenos crederem vehmēter
orasset. Ego vero rerū augustia ꝑ pulsus nihil mecū mi
nimi esse m̄tis affermassem nōdum ꝯtent⁹ vt ad te ꝓſe
scriberem fideꝫqꝫ donarē vehemencius optauit Itaqꝫ pro
nr̄a necessitudine si mihi m̄tis ꝯplacitū ire velis te horta
rer p̄senti adolescenti 10 aureos meo noīe atꝫ hoc cirogra

pho a mē ſoluendos elargiri condigneris qđ vt feceris
nihil mihi ꝓ tempore gracius ex te potuit accidiſſe
¶ Cū later preſenciū vir ḡuis et modeſtꝰ. cuiꝰ fides
nobiſcū clara elucet ad te ꝓficiſci iter haberet. ego quoq̧
ꝯſōnū cenſebam eodem itinere te monitū venire. Itaq̧
peccunias quas diucꝰ fidei tue cōmiſſas credidi vehemē-
ter oro r̄mittas. hoc tibi ꝑſwadens neq̧ nūcō iſto neq̧
re aliqua impediri quo miꝰ tuto ac integere ꝑferantur

Sextū preceptu optimū et ſingulare

In quo meminiſſe oportebit ꝯiunctōes m̄ris ex
cauſis in noſtro ſcribendi generē neceſſarias accidere.
In p̄mis copulatiue ꝯiūctiones. atq̧ diſiūctiue ſepe nū-
mero in oracōe r̄hetorica interſerat̄. q̄ venuſtatē atq̧ vehe-
mēciā nō parum ſcribēdi inportāt. Nā ſi in genere ſint hema-
tico ꝯſulatorio aliqđ quēpiā vl' orare ul' hortari velimꝰ
Illud ꝯiūctōibus copulatis diſiūctiuis. ꝯdictōnalibꝰ et
cauſalibꝰ in ſe multiplicat̄ ꝑclariſſime efficiemꝰ in hunc
modū Primū res q̄ nos ad ſcribendū impellit ꝑ genera-
lez ꝓpoſicōz cauſalē ex duabꝰ ꝯiūctiuis aut tribus exaue-
ram generalit̄ ſupponatur Scdo illud quod hortari vel
petere voluerimꝰ ꝑ aliquod incidens cum optatiua con-
ſūctōne ſequat̄. cum adiūctōe remuneratorie ꝓpoſicōnis
a ꝑpoſicōe cū caſuali dictōe incepte. et ꝑ ꝯiūctōnes educte
deſignantis aliquid boni vel mali aſſecuturum

Tercio illi⁹ remuneracōis ꝯfirmacō p ꝓpōez ꝯfirmātez ex
cālib⁹ ſiue ecā diſiūctis ſepi⁹ repetitis aliq̄d magni grauis
aut honeſti ſignificantibus ꝯſequatur Verbi gracia
Cū mecū diligent᷑ aīaduertiſſez iucūdiſſīe comes ⁊ q̄ntū
bonaꝝ arciū ſemꝑ illa vniūſitas ſtudētib⁹ ſuis afferre cō-
ſweuerit. et q̄ntū ſit tui ingenij dociliſſimia natura ꝯceſſa
ꝑſpicatitas. Illō mihi incidebat vt ad nr̄e vniuerſitatꝭ ſtu-
diū te vehemēter adhortarer. Inq̄ vbi ſolita tua diligen-
cia aliq̄d etatꝭ ꝯtriuiſſes ⁊ magnas ⁊ ꝓclariſſimas optiaꝝ
arciū induſtrias tibi cumulares. Nā ſiue iucūditatē. ſiue
ḡuitatez ſiue aīmi tui induſtriā deſideres. aut ſpaciū aut la-
borez expetes vel bonaꝝ arciū copias vel eciā ſecretiſſiāꝝ
rerū ꝑiciā illic ꝓfecto oīa accumulatiſſime adipiſceris
¶ Cogitanti mihi animoq₃ recolenti iucūdiſſime fili
et quātum egregij facinoris et quātū ardue adminiſtracō
nis diua hec eloquencia apud noſtros uſpiā patraſſe viſa
fuerit. Illō mihi in aīmū venit vt te ad hūanitatꝭ ſtudia
vehementer adhortarer Inquo ſi ſolita te diligencia per
tranctrauiſſes nō poſſes dicendiq₃ velles nō copioſ⁹ habe
ri. ac tibi iucūdus. nobis eciā tandē experiri cōmodiſſim⁹
Nā ſiue rem domeſticā tutam ſiue vrbem rcē adminiſtra
tam. ſiue ecā rē ipſam publicam recolligam hec profecto
a diuina hec eloquencia ſimul omnia ꝯperior ꝓgreſſa

Aliud exemplum

¶ Cum diu mecū cogitaſſem chariſſime frater et q̄n
tū frugalitatis diua hec religio cunctis hominibus ſe rec

re obseruantibus afferret. et quātū ab ineunte etate fuerit tue vite irrita obseruacio. Illud mihi incidit. vt ad diuam hanc r̄ligionem. ac vite solitudinē dignissimā te quā vehementer admonerem Inqua si recta mente deuocione ⁊ obediencia aliquot annos egisses egregias tue vite securitates ꝯpares Nā siue vite pristine emendacōem siue animi ꝯtemplacōꝫ. aut requiem aut securitatem aut frugalitatē vel viciorꝫ tuorꝫ correccōꝫ. vel tādē btām vitā adipisci couertis hec ꝑfecto omnia diua hec religio et clare et secure tradere solet

Aliud exemplum

¶ Quint⁹ cuman⁹ frater tuus ad me scripsit se cupē scholas regendas inbriczena susciperes. Cogitanti vero mihi quātū ex eisdem tibi cōmodi accedere possit. et quātum ad illud gen⁹ laboris te natura decorasset. mihi quoqꝫ ad mentem venit te ad hoc vehementer adhortar. inquib⁹ si aliquātisp te per vsitasses et fama et rebus clarior esses futurus Nam siue sacerdociū intendas. siue cōiugiū pares. aut r̄liquū deniqꝫ gen⁹ vite aliquod. hec omnia ꝑfecto. Dū in hac vrbe oēs te qꝫ facilime sequerent vale et de hac re qd ꝑsencias rescribe ꝯfestim iterū vale

Aliud exemplum

¶ Cum diu mecum repetissem charissime et quātuꝫ dignitatis. et quantū honoris ipā iuris equitas cūctis in ea peritis adere soleat. Et quantū sit tue eloquencie ingenijqꝫ parata ostentacō Id mihi inmētem venit vt te ad sacratissimarū institucōnū studium vehementer adhortarer inquo si aliquid temporis et studij delibasses simul diuicias et fauorem et famam et honores deniqꝫ omnia que saluti inseruiant facile ad epturū. Nam siue hostes pellendi sint. siue patria tutari debeat vel ꝯsulere vel subpressos releuare. defendere in opes et tandem bene operando sedes beatas possidere hec ꝑfecto omnia ipā iuris pericia qꝫ se recta obsuacōe p vsus sit ingenue portēdit

Septimū ꝑceptū

SI in vario scribendi genere rem aliquā sumis laudibus vel eciam vituperio dignissimam in nostre

oracõe oſtendere voluerim⁹. illud demõſtratiuis noibus
ſcilicet talis tantus et tot cũ ſuis relatiuis qualis quantus
et quot per variatas oracões ex auctiſſime efficiem⁹ in
hunc modũ Primo vt in priori precepto oracõez ab invẽ
cione ordiri oportet. que cõſtet ex trib⁹ particulis. a tri-
bus demonſtratiuis inceptis cauſas noſtre adhortacõis
ſingulariter ſignificãtib⁹. Scdo cũ confutacõne ab aduer
ſatiua cõiũctõne incepta oracio cum ſub iuncta cauſali ꝓ
poſicõe ſequat. Tercio inceptã cauſalem ꝓpoſicõnẽ per
reſponſiua prioꝝ demonſtratiuorũ iterũ ter replicatoꝝ
quibus alcius rem de qua loquimur cõmendauerim⁹ et
aucta beneuolẽcie atteſtacio ſubſequatur que erit finis to
cius oracõnis verbi gracia

¶ Si preclare intueri libet populeo mus. quãtas rei
publice grauiſſimaꝝ rerũ in vrbe noſtra periculoſas ſedi
cões. quales exterorũ hoſtiũ ac ſceleſtiſſimoꝝ eciã ciuiũ
ſolitarias coniuracões. quot deniqꝫ maximoꝝ bellorum ru
inas ac naufragiorũ peſtes a noſtra republica marc⁹ pru
tus abſtulerit abiecerit cõtriuerit Conandum nobis eſt et
magnopere videndũ niſi maximo magnitudinis vicõ laborare
accuſari pati velim⁹. vt eum virũ qui tantas pro tutanda
patria moleſtias tal'a omniũ fortunarũ ſuaꝝ diſcrimina tot
deniqꝫ in oi rei pub periculo reprimendo diſpendia terra
ac mariã ſuſtulerit vehementi opa ſtudio dilgẽcia pſeqmur

¶ Si recte tecum ipẽ animo cogitaueris quanta olim
in te beneficia contuli. quales oſtenſe beneuolencie quot

deniqꝫ munerib⁹ q̃ res mea lacior esset tuam pauperta
tem studiūqꝫ adiuuerim erexerim amplificauerim. Conā
dū tibi sūmope qꝫ ꝓuidendum nisi maximo ingratitudi
nis vicō te accusari pati volueris. vt me qui tot inter bene
ficia ꝯtuli. talia. ex te merui. deniqꝫ tātas tuo studio opes
ad maximi modo erumnosum ac omni fortuna exposi
tum vicissim modico munere mutare velis

¶ Si limpide ac curaciusqꝫ inspectauerim⁹ diligentis
simi spectatores quantas rerum absconditissimarum ar
duas difficultates. quales omnium scienciarum et libe
raleū arcium cōgnoscēdi limites. quot deniqꝫ clarissima
rū facultatum principia ipsa vniuersaliū cognicio nobis
afferat. Incōsonū valde ac stultum arbitrandum est nisi
veluti nullo calle obseruato in artes precipitari volueri
mus ipsorum vniuersaliū cōgnicionem que tantā in om̄i
cognicione vim. tales in omni facultate principacōes tot
deniqꝫ in omni scibili vires administret prebeat aperiat.
post habitis omniū opinionum delitamentis vehementer
eam ipsam amplectemur

Aliud exemplum

¶ Si pistorum monimenta viroꝝ animo recoligeri
mus quantas totius religionis peruersas formas qua
lia deniqꝫ enormia pericula quot vrbium euersiones ip
sa carnis libido plantauarit erexerit perfecerit rectissime
quidā ac religiose effectum esse cōperimus nisi q̊ꝫ omnis
religio totaqꝫ hūmana obseruacio pericl tati admissa fu
isset vt eam omnis parsimonie peste n que tanta patra
uit discrimina qꝫ tot vrbes euertit talia omniū nepharia
dispendia inhumana vita ꝓcurauit diligentissima religio
sissimaqꝫ ꝓcul arcendam nostri antistites cen. suerunt

Aliud exemplum

¶ Johannes nicolai S p d arduo prestantiqꝫ viro
domino petro Quoniā diucius uspiam tecum cogitare
potuisti prestantissime vir quanta hy qui in studys sunt
vite discrimina perpeti necesse habent. qualesq̃ inedie sitis
qꝫ frigoris ac sudoris asperitates. Quot deniqꝫ omniū
suarū rerum quas maxime oportunas haberent diutur
nas penurias. videre ipse optime potes aptaqꝫ cōycere

nisi insulsus admodũ atq; omniũ rerũ ignoracione ani mum imperitissimũ (quod de te nemo uspiã suspicatus est) habere iudicari volueris me qui tot in vniuersitate uspiam annos egerim. talez inpaupertate vitam duxi. tã ta nõ tam rerũ q̃ corporis in cõmoda passꝰ sũ maxiã ope egere. Quã si ex singulis explorarẽ. cõsulciꝰ quam ex te qui et rebus potes. et sanguine debes impetratũ ire nul lo pacte possum. hec itaq; vnũ rogo obtestorq; ista tem pestate acerbissima ne me deseras. verũ presenti nũctio octo florenos ꝓ meo studio et rerum discrimine trãsmit tas. quos ego (dum spiritus hos rexerit artus) dies noc tesq; conari non desinã q̃ primũ gratissime referre vale

Octauũ p̃ceptum

IN eo scribendi genere vbi simul varia narrare vo lucrimꝰ maxime illud cõsiderandũ. ne vel obruptim (ve luti de gradu tumultuantes) vel nimiũ lõga ambage vsi in oracionem nostram prociderimꝰ. Illud aũt fugiemꝰ potissimũ si eas oracionis partes quas relatiuas appel latur in nostre oracione capite frequenter ponamus vt nihil eas nisi adverbium precedat in hu nc modũ. Primũ oracio que nostre intencionis causa sit appositiõe fina li incipiat, atq; per alias duas interpositis oracionibꝰ edu catur. Scdo factum ab adverbio cum sequente ꝯposicõ ne et altera iterũ ꝯpõe per ꝯposicõz expssam subsequa tur Tercio intencio nostra cum oracione a ꝯpõe ince pta ac per alias educta in fine concludatur verbi gracia

¶ Cum ꝓpter singularē quandā oportunitatē ad bo
noniā iam priorem venissem. atq; post hec in feuas me re-
cepissem. Illic ab vrbis magistratibus contra voluntatē
et p̄ter opinionē sapiencie rector cōstitut⁹ sum. Inqua eq̄
dē rē gubernāda tua p̄sencia mihi op⁹ esse maxime duco

¶ Cum ꝓpter singularē animi recreacōē et ꝓpter tē
poris q̄litatē me me adspacia contulissem ac tandem a
leypck misenā vsus ad vsq; dreben ꝑvenissem Illic cum
aliquātisper morat⁹ ad ciuiū cōtubernia interdiu acces
sissem eoꝝ p̄ce. ꝑ maxiās deniq; senat⁹ pollicitacōēs p̄ter
opinionē ac p̄ter meā voluntatē vacantib⁹ scholis rec-
tor cōstitutus sū. inquib⁹ equidem recte administrandis
baccl' vno et eo quidē optimo mihi op⁹ esse intellexi Tu
itaq; mi francisce collectꝭ sarcinulis tuis quā primū ve-
lim ad me collaboraturā suscepturꝰ accedere velis Inq̄
re q̄zque tua sit intencō mihi cit⁹ r̄scribe Uale

¶ Cū ꝓpter pticulare studiū et ꝓp̄ eos socios quos
in r̄liqua misnua mltos habui iā priōē a patria abcedens
in misnā venissem. ac tādem in leypck opido inpticulari
b⁹ scholis studio operam alquātisper dedissem Illic a plu
ribus quos in vniuersitate r̄peri cōpatriotas ad studiū ge
nerale in ibi subeundū cohortat⁹. primū resistens vltra tā
mltis orsū sursū verbis ꝑsuas⁹ deposito beanio in ipsis
iunꝫ kalēdis vniuersali studio humeros subegi. inquo
ꝓfecto quātū quisq; iuuenū egeat et ꝓlectis libris vestib⁹
reliquis ectiā multis que in principio plura solito habere
oportet Tu pater optime ex te ꝑ noscere possis ora itaq;
et vehemenci⁹ oro nobis ꝓstudio ɔtinuādo aliquib⁹ flo
renis ꝑcere. Uerū ita meū inceptum consultari vt sentire
possi tuis largꝭ maib⁹ oporꝫ adiutē me apte esse ɔcēsū

Aliud exemplum

¶ Cum ꝓpter singularē animi voluptatē et ꝓpter re
rū mearū dispēsaciōē quas irritas diuici⁹ ante inopiā vdi
neoꝝ manib⁹ p⁹ patrias manes reliqui me ad patriā cō
tulissē. Illic cū aliquādiu morat⁹ essem ac clericꝭ qui mlt
ti sūt ac dsangwineis mei ad sacerdociū vehemēter cohor
tarus quib⁹ r̄sistens maternis p̄cibus victus ꝓpter multa
pollicita et ꝓpter sacerdocij spem p̄ter opinionem et vo

lūtatez ſacros ordines ſuſcipē pſbiterari p̄miciari ↄpuſ
ſ⁹ ſū Jnquo quidem mihi ita pſiſtendū eſſe intelligo vt
ad vos q̄ꝫ breui non reuertar et timeo ſi vnq̄ꝫ ad ſtudia
redeā. te itaqꝫ mi iohānes oratū veli res meas collectas
ꝛ eas oēs vectori ↄuētas ad me quāp̄mū trāſmitti cures
¶ Cū ꝓpter mlta que diuci⁹ in patria diſpēſāda r̄lin
quiſſem iā pridē ad parētes declinaſſez. Jllic mltoꝝ con
ſultacōnibus vltro citro accepi ſ tādez ad hoc devētū eſt
vt p̄micias celebrādas ꝓxima dnica exiſtimez Jnq̄bus ꝑ
fecto rē exornādis arbitror r̄liquū nihil preter tuā pſen-
ciā mihi ab eſſe vt g̃o aſſis meoqꝫ honori faucas te vehe-
Uociēs in ca ¶ menter hortor atqꝫ rogo valē
pite ep̄l'e aut ſoluto ecſ dicēdi genē bn̄uolēciā captarē vo
luerim⁹ qd̄ in oīm fere dicēdi ſcribēdiqꝫ gēnē oportuniſſi
mū eſt nos diūctis ptib⁹ inp̄mis adūſatis ꝛ inclinatis iucū
de pficiem⁹ in hūc modū Primū orōz q̄ quicq̄ꝫ ſcribē vel
dicē voluerim⁹ ab inclinatiā diūctōe incipiam⁹ q̄ nobſ ali
qd̄ p̄ ſificēdie. troiſ. aut dſpeccōnis cū hūmilitate pſwade
at. concilietqꝫ adquā ſcribim⁹ pſoāꝫ nobſ ex metipis beni
uolēcia captata Scdo altēā orō poni fere ↄtria ab adūſatia
diūctōne incepta. q̄ laudſ aliqd̄. aut ſuſcipiētſ dignitatez
bn̄uolēciā. āt egregiā quādā aliā q̄litatē ( q̄ nos nr̄a timi
ditate ſoluamur) hēat. āt finiri cū venuſtſ clauſul' exp̄mat
¶ Quāquā mihi tuā altitudiēz pſpiciēti doctiſſie vir mlt
t⁹ rubor ac met⁹ ſurrexerit q̄ꝫ p̄mū adte aliqd̄ ſcribē cogi
taui. tn̄ exvbantē tuā ibi omēs. clemēciā. induſtriā. pietatez
ac vetuſtā in me bn̄uolenciā r̄colenti ſubito ai⁹ exiliuit rē
fiſ⁹ q̄cūqꝫ mihi eſſēt nccāria ad te pſcribere nūquā dſperaē
¶ Et ſi nō ignorē mgf̄ice vir q̄ntū his q̄ modica ſunt in

-pole rudes impiti ɔdictōꝫ obſudoū ſit ad vos ſcptur͛s q̄
oīm elegāti libalitate orōꝫ toci⁹ veluti oratorie facultatꝫ
ſint ge͛⁹ dicēdi ɔplexi. hec q̄ʒ ipā apd vos nō min⁹ me ſb̄
timuiſſe debē Tn̄ doctiſſimoꝝ viroꝝ mihi nāʒ intuēti. ſin
gulari deniq̄ʒ vr̄i aīmū oib⁹ ꝑq̄litate ĩclinatū vires ſum
pſi ea ſcribēdi q̄ ſine in cōmodo meo p̄t̄ mitte͛ nō audebā
⸿ Poſſʒ q̄s audaciā vocac̄ p̄ſtātiſſie vir q͛ ego p̄u͛r⁹
nl'lis honoris titulis inſignit⁹ nulla ecꝫ v̄tute egregi⁹ niſi
q͛ vulgarem in artibus baccꝫatū nullo meo merito ſed
maioꝝ dūtaxat beneuolēcia ſū aſſequut⁹· auſim ad vos vi
rū clariſſimū oīm nō tā fama quā re ipā celebꝛimū tā ſepe
ac familiarit͛ ſcribē Sʒ fiduciā mihi preſtat exvberās vr̄a
clemēcia pietas i ſuos iuſti.ia in ſingul'os bn̄uolēcia in oēs
q̄ mihi aīmū effecerūt q̄cūʒ mihi oportuā eſſent ad vos per
ſcribere ſiue rubore apertiſſime poſſim
⸿ Quāq̄ʒ me nō lateat q̄d officij apd eos viros obſer-
uādūʒ ſit iudicēdis ſcribēdiſq̄ʒ orōb⁹ q̄s egg͛ia optiāꝝ r̄ꝝū
faciuora ſpectat⁹ v̄tutꝫ ſplēdor dignitas ac ꝓſapia ingen
nos clarioreſq̄ʒ reddāt. Saꝫq̄ʒ ꝑſpe.tū apd vos p̄uato
rū lr̄as parū virīū h̄r̄e ſolitas q̄buſcū añ hac nihil famili
aritatꝫ p̄ceſſit. Tn̄ mihi vr̄as v̄tutes r̄colēti nec alioꝝ de
vr̄a māſuetudine optimā ɔm̄dacōʒ ob eunti allect⁹ ſum
aīmūq̄ʒ ſūpſi quecūq̄ʒ intimio⁹ ꝑſcribere.
⸿ Etſi nō p̄uacꝫ verere͛ dilectiſſie vir cuʒ meā ignauiam
auditatēq̄ʒ pnoſcere͛ r̄colereʒq̄ʒ q̄ʒ ardua ſpectaq̄ʒ tua v̄t⁹
exiſteret. q̄ʒ p̄mū aliq̄d lr̄aꝝ ad te obſignaē aīo venit. Tn̄
mihi peritiſſioꝝ viroꝝ nāʒ intuēti q̄leʒ ⁊ vos ſcio ⁊ hoīes
p̄dicāt. moꝝū elegēciā. doctrīnē exvberanteʒ māſuetudineʒ
fiducia venit eaq̄ʒ ꝑſcribē q̄ ſine incomō p̄t̄mitte͛ nō audire͛

D Ecimū ⁊ vltimū p̄ceptū ē ĉca ɔſis voꝝ exornacōes
m̄ltos ⁊ pene infinitos a cicerone iq̄rto. ⁊ a q̄m pluribus
alijs ecꝫ illuſtrib⁹ r̄thorices colocēs ſiue exornādi mōs ſcp
tos eſſe neō ignoāt. q̄ vt m̄lti ſūt ita niſi r̄cte eiſoʒ ꝑ vſi fue
rim⁹ oberre͛⁹ n̄cce ē Tn̄ breuitati ſtudētes ea q̄ nobꝫ acōmo
datiora vidbūt illi p̄cepto inſere ɔmodū ⁊ oportunū viſū

¶ Exclamacō. Si ꝑrius exclames ſic exclamacō fict' o q̄
b⁹ o quātꝰ o q̄lib⁹ eſt viduata. Articul⁹ fiet ſi ſit dīſtinctio
vocū. Sol⁹ inermis inops inglori⁹ inde rediſti. ferro peſte
ſame ꝯſūpt⁹ es ꝛ periſti. Subiectio. ferre rei cāz rei medi
tāē. Subice p⁹ ꝛ nō ita ſit ſubiectio fiet. Que tibi cauſa
nūcq̄d tibi flagra dabāt · Nūcq̄d forte fames. tu fercula
ſp̄ bēbas. an labor. at ludꝰ ſōnoqꝫ vacac̄ ſolebas Grada-
cō· d voce in vocē dnde ḡdacō fiet. hic q̄ntūcūqꝫ vidz cu-
pit ꝛ q̄tūcūꝫ cupiuit. allicit allectā viciat ꝑdit viciatā Cor
rectō corrige q̄d ꝑus dictū eſt cōrectō fiet. Exquo dicor
amās ymo veraci⁹ amēs Sū nis oblit⁹ indecorꝰ ymo ve
ro dcoris occupacō. Occupat h cū qd trāſſiē ꝑtat neqꝫ trāſ
ſit. ꝑtereo cedes ꝑiuria furta rapinas. Tedia forte dareꝫ ſi
vobꝰ iſta rferrē· Cōduplacō fit orō ꝯduplicata tu ne p̄rēꝫ
glad o crudelꝰ nate necaſti. Tu ne p̄rēꝫ ꝛnūq̄d mors pris
mors ē tua nūq̄d Dubitacō Querere nec elige. q̄n poci⁹ du
bitacō fiet. tu quis es ignoro q̄ te quoqꝫ noīe dicā Neſcio
ſi dicā ſpurciſſīe nō erit equū Si ſtel⁹ appellem noīe dfor
mior auſis. neq̄d or ignoro nūc h mihi nūc placet illud Et
tantū de praeceptis

Epiſtolare officium eſt vt abſētes hys dē rebus que extrinſecus animove gerā tur certiores reddamus huiꝰ ſūt genera Sygnaſticū Dogmaſticū Schomaticū et Sinthematicuȝ Signaſticū eſt quod hūc et illuc incerto pedē vagať vt ea que in appollogys poſita ſunt: Dogmaſticū eſt in quo apta fronte liberalitas et ingenuitas quedā neceſſaria eſt. ea ſunt huiuſmodi que in ſermone ſerio tractantur: Schomaticum eſt quod cum iocūditate proferť huiꝰ generis ſunt que ad yconomiam et leticiā exprimēdam tradunť Sinthematicū eſt in quo grauia atq; ſeuera deſcribunť huiuſmodi dicunť que ad religionē vel ad remp. attinent. In appollogys purgandum, in dogmaſtico docendū eſt. In Schomatico cū liberalitate iocandū In Sinthematico cum grauitatē loquēndum

Ad hec deſequenda. inuencione. diſtribucione et elocucione opus eſt: Inuencio eſt rerū ad mētem noſtram ſpectancium excogitacio: Diſtribucio eſt diſpoſicō quedā ad ea que inuenta ſūt collocāda: Elocucio eſt verboꝝ atq; reꝝ ad ea que inuenimꝰ accomodacō

ea precepcōe ſt udio et emulaciōe facile ꝯſequemur. Per

cepcio eſt doctrina qua ad ſcribendū certa lege ducimur

Studiū eſt laborioſa actio ad exerciciūm acco modata

Emulacō eſt q̄ doctis ſimilea in ſcribēdo reddi volumꝰ

Hactenus demonſtratuꝫ eſt quomō epiſtolare

officium et eius genera ꝯſequi poſſimus Nūc

qua via ad ſcribendum accomodent̄ dicamus. Inuencio

in principium et expoſicionem ꝯpbacionē inductioneꝫqꝫ

conſumitur Principium eſt inicium epiſtolaꝶ cum beni

uolencie attencione docilitate ad ea que dicenda ſunt in-

ferenda. Enūcciacio eſt clara breuis et veri ſimilis noſtri

conceptus expoſicio: Cōpbacio eſt racōnis illacio ad fir

mandum que iam dicta fuere. Inductio eſt que concep-

cionem illacionis vel quod ex eo conficitur declarat

# Epiſtola Ouidy naſonis in genere Scomatico

Eſtus erat mediamqꝫ diē exegerat hora

Apposui medio membra leuanda thoro

Pars adapta fuit pars altera clauſa feneſtre

Quale fere ſilua lumen habere ſolent

Qualia ſublucent fugiente crepuſcula ſole

Aut vbi nox abijt nec tamen orta dies

Illa verecundis lux eſt prebenda puellis

Qua timidus latebras ſperat habere pudor

Ecce Corinna venit tonica velata recincta

Qualiter in thalamos formoſa ſemiramis yſſe

Dicitur. et multis Lays amata viris

Diripuit tonicam et multum rara nocebat

Pūgnabat. tonica ſe tamen illa tegi

Que cum ita pūgnaret tamq̄ que vincere nollet

Victa eſt non egre prodicione ſua

Ut ſtetit ante oculos poſito velamine noſtros

In toto nuſq̄ corpore menda fuit

Quos humeros. quales vidi tetigiq̄ lacertos

Forma papillarum q̄ fuit apta premi

Q̄m caſtigato planus ſub pectore venter

Quantum et quale latus quam iuuenile femur

Singula quid referam nil non laudabile vidi

Et nudam preſſi corpus adusq̄ meum

Cetera q̃is neſcit laſſi requieuimus ambo

Perueniant medij ſic mihi ſepe dies

# Epiſtola excuſatoria appol logetica in genere Gignaſtico Gaſparini Veronenſis ad Sempronium

QUid de me ſencias facile cõiecto ex turpitudi
ne hominis et infamia eius qui animũ tuum
a me alienare voluit. Quis eñ cauſa mea a te non ſatis ꝑ
ſpecta eſſet tamen ex vita eius qui me apud te ſtis crimini
bus inſimulauit potes intelligere. famam bonoꝝ non ſole
re niſi ab imꝓbis tẽtari Non ergo ſi qua de me diſſipata
eſt fabula. cõmoueri te oportet. ꝑterea ꝙ nullius homi
nis adeo ſpectata eſt vita. quin aliquod crimen confingi
poſſit Illud ſatis erit mihi. ita in oculis hominum viuere
vt nemo me iuſte criminari poſſit. Sed quid plura de hac
re ad te ſcribam. cum ipſe expertus ſis in noſtra ciuitate
ſemper homines fuiſſe qui aliorum fame inſultent. et ſe
putent eo cõmendabiliores fieri quo pluribus ab eis de
tractũ ſit Sed tu ꝓ tua prudencia nõ ſolum conſiderabis
de quo aliquid dicat̃. ſed eciã a quo homine. Nec cuꝰ vi
ta improbata ſit eius oracioni fidem habeas Vale

# Exemplū in genere Dogma ſtico M T C Curioni S P D

Epiſtularum genera multa eſſe non ignoras
ſed vnum illud certiſſimū cui⁹ cauſa res ipſa
inuenta eſt.vt cerciores faceremus abſentes ſi quid eſſet
quod eos ſcire aut noſtra aut ipſorū intereſſet. Hui⁹ ge-
neris litteras ꝑfecto a me non expectas.tuarum em̄ re-
rum domeſticaꝝ habes ſcriptores ⁊ nūccios.in meis aūt
reb⁹ nihil eſt ſane noui. Reliq̄ ſunt ep̄larum genera duo
que me magnōpe delectāt.vnū familiare ⁊ iocoſū.alterū
ſeuerū et grue. Utro me min⁹ deceat vti nō intelligo Jo-
cer ne tecū p lr̄as. Ciuē3 mehercule nō puto eſſe qui ep̄l-
h⁹ hys ridere poſſit. An grauius aliqd ſcribā. Quid ē quod
grauiter poſſit a Cicerone ſcribi ad Ciceronē niſi de rep.atq3
in hoc genere mea ſn̄a eſt vt.neq3 ea q̄ nunc ſencio velim
ſcribere. Qm̄obrem qm̄ mihi nullū ſcribendi argumentū
relictū ē utar ea clauſula q̄ ſoleo teq3 ad ſtudiū ſūme lau-
dis cohortabor Uale

Nō tn̄ ſemꝑ oportet hys oibus uti. Sed ꝑſepe
ꝓncipio ſupſeden̄ū maxiē in hys ſpēbus q̄ ꝓnci-

piā nullā deſiderāt quas greci acephaleogin dicunt. hoc eſt ſine capite. Reliq̄s vero, quib⁹ vtemur niſi a ꝓbacōne incipiamus. In hys epiſtolis que in adiploſin hoc eſt in re plicationem incidunt

# Epiſtola Gaſparini pergamēſis in genere ſithematico hoc eſt ſeuero

Nō quia res ē neq₃ inuſitata de qua iā diu ad te ſcribere cōſtitui. hōies em̄ q̄bus in ꝓuicia nr̄a curā tuaꝝ reꝝ et eoꝝ qui tuis rebus fauent cōmiſeras. videntur a te magis ac magis in dies abalienati. queruntur omnes vt rē ipām (vno verbo dicā) q̄ lupos ouiū cuſtodes feciſti Sperabam⁹ q̄dem nos q̄ hic tui ſum⁹ res tuas ac tuorū ꝓfligatū iri nō poſſe Ab hys qui ſp̄ comodis tuis aduerſati fuerūt Si ꝓcuratores tui, vt oportebat, aduigilaſſēt Sed inde periculum factum eſt Unde preſidium expectabamus Nam hy boni viri primo per inſidias deinde palam non ſolū ad eos qui non bene tibi volunt ceperunt inclinare. Sed eciam ſe illorū duces profitentur. Opus eſt itaq₃ maturacione dum ad huc res poteſt curari ne ri

ut accidat id quod solet euenire hys qui mortuo medicū accersiunt Uale

QUoniā igit in quib⁹ ptib⁹ inuencio cōsūmat ostē sum est. Nunc qua via ad faciliorem epistolarum cognicionem vt earum species cognoscantur pcepatur dicēdū videtur. Genera officiorum eplarū ut ante dictū est sūt quattuor scilicet dogmasticū siue docile Cui⁹ species sūt delatoria excusatoria purgatoria et digestiua rei per ordinē. Stomathici generis sunt figuratiua obscūra Enigmatica siue similitudinaria. probleumatica siue parabologica. Sintbematici generis sūt ꝯsolatoria philographia siue amatiua. lrarum episeusis hoc ē superatratiua et expositoria Signastici generis sūt antiphora hoc est ꝯtraria relacio reprehensoria. denunciatiua replicatoria Senodochia ceteraqȝ hys similia

IN omni eplarum genere hys pceptis vti possum⁹ de quibus supra dictū est nisi in hys que a cephaleogin a grecis appellata diximus. in litteris quas ad nouos vel inꝯgnitos amicos scribim⁹. aut ad sūmos et clarissimos viros quibus cum nulla aut parua familiaritas constata est

In omni item genere grauium epiſtolarum aut que grauium ſimilitudinem habent. Nec non in appollogys que purgacionem ſummi ponderis cōtinere videntur. Uerū ſi ad alium q̄ ad accuſatorem diriguntur Principio docendus eſt Ne prius nos purgaſſe q̄ inſcys purgacionis cauſam demonſtraſſe videamur vt therencianus ille Parmeno et prius ſe purgat q̄ maleficium exponat. Ceterū purgacionis raciōes clare et dilucide interferende ſunt ne obſcuritate ſmōis vicia occultaſſe nō purgaſſe videamur

Cum in iucundo epiſtolarū genere ſcribemus cauendum eſt ne a ioco in oracionem illiberalem tranſſeamus ne pocius turpi re uituperemur q̄ ingenua ac illuſtri oracione laudamur. In quibus ſi a principio et expoſicione incipere poterimus. Si principio utemur aut a ſimili aut a cōtrario. aut ab aliqua re dicta vel facto quod liberalem riſum et iucunditatem in animis lectorū creari poſſit incipiemus ut Diogenes et Anthonius apud Ciceronem qui cum alter ſe Caſſandram diceret. Multos inquit poſſumus tuos Ayaces nominare. Habet enim et gracie et iucunditatis plurimum ſi tempori loco et rei

ac comodat. ut yſocres qui in ſuiulo rogatus de aliquo de ſtudijs ſuis pferret. Quod ego inquit caleo neqꝫ tempi neqꝫ loco ꝯuenit. Que loco et tempori ꝯueniūt ego non caleo. Nec vos fugiat omnia que ſcribunt ad pſone dignitatē ⁊ grauitatem fienda eſſe Aliter cū incognito loquendū et agendū eſt nam dignitas et omnis qualitas maxime cūm nulla amicicie iura aut ꝯſuetudinis intercedāt talia ſcribere phibem. ne inepti et rex inexperti videamur Jocus vero a dicto facto imitacione depuacione et alijs locis plurimis trahit ut in oratorijs inſtitucōibus pceptum eſt de quib⁹ ſuccincte ſcribere nō grauaremur ſi labore alieno laudem aut gloriam nobis vendicaſſe nō videremur

In Epiſeuſi hoc eſt in ſupenatracōe cauendum eſt ne aut nimiū longe pſequamur. aut nimiū breuiter repetam⁹. Nā comoda beruitas. que ad docendū inuenta eſt nimia breuitate obſcurior expoſicōe alia indigebit. et ſupra quā neceſſe ſit alta repeticō non mō ad declaracionem introducta videtur. ſed ad tedium et faſtidium legentibus inferendum. Item que ſemel in principio poſita ſunt non ſepius repetantur niſi neceſſitate impellamur

Jtē alia eciā cauendum eſt ne ꝯmutatis verbis eadem re-
petentur. ne adeo rudes et vocabuloꝝ inopes. aut reꝝ im
periti videamur. vt quomō repeticō renouanda ſit igno-
rem⁹. Si vero per antiphorā .i. ꝑ cōtrariam relacionē ſcri
bendum eſt. prius aduerſariorū dicta racione certa dilu
emus. noſtrāq; validā ſentēciā introducamus. Solet enī
obeſſe plurimū. et ruſticitatis nōnichil habere ſi ante cō
futacionem cōfirmacionem introducamus vt in oratbo
rijs preceptis continetur

IN Senodochia. qđ in laudib⁹ verſat. caute
fugiendū eſt. ne laude nr̄a ꝯmoti ſcripſiſſe vi
deamur. itaq; occulte ꝑ diſſimulacōē in rem vel hominem
aut fortunā bonā magnā ꝑtem cōferem⁹. Si vero alios
laudemus ſtudio et amore impulſos facere dicem⁹. aut
ꝙ virtutis tanta vis ſit vt in ore ardeſcenti comprimi ne-
queat. aut recto ſtudio facere dicem⁹ ꝙ tante eius res ge
ſte ꝟtutis ſint vt inuidia mot⁹ videat. qui eius facta laudi
bus remorari tentat Jtem poſterorū noſtroꝝ cauſa nos
facere dicem⁹ vt eciā tpis eoꝝ exemplo comoti flamma ꝛ
amore recte factoꝝ incendamur. Exemplo eciam vtamur

maiores noſtros voluiſſe ſtrennue agentibus merita pre-
mia virtutis reddi. quare ſtatue in ciuitate corone annuli.
vexilla haſteqꝫ in bello reddebantur. In conuiuijs eciam
ad animos audiencium cõmouendos heroum et precla-
rorum viroꝝ laudes ad tibiam canere conſueuere Unde
et poetis hiſtoriog̃phis ſculptoribꝰ et pictoribus licen-
cia data eſt aliena. vel ſua multū ꝓfutura. Lacedemones
preterea ſolitos eſſe dicere nihil magna re dignū ab eo ho
mine expectandum eſſe qui neqꝫ laude. neqꝫ ignominia affi
ceretur his itaqꝫ cauſis impulſi nos facere dicemus ne be
nefactis ipſorum aut poſteris noſtris defuiſſe videamur
Ut autem breuius colligam in omnibꝰ hys epiſtolis cu-
randum eſt vt rei peticio apud eum quem petimus poſſi-
bilis ſit. cauſa honeſta ſequatur. vt habeat finem peticio
demõſtret facilitas et ſequatur remuneracio Is em̄ ma
gis ex animo nititur qui laboris remuneracionē ſibi pre
poſitam videt Telos

# Ars Epiſtolandi mgr̃i Conradi de wimpina prefatorũ preceptorum comodiſſima

BIBLIOTH. UNIVERSIT. VINDOBONENSIS